



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs XXI. De Poenis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

men, quæ coactè impendit, repetere potest; & in dubio animo repetendi maximè in casibus allatis, impedisse censetur.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 37. de solution.

- 4 **P**œnitens, qui confessario pecuniam dat, ut ea creditoribus suis occultis satisfaciatur, si confessarius eam in suos vobos bonos, vel malos impenderit, mentitus pœnitenti, quod creditoribus suis satisfecit, ab alia satisfactione excusatur, do nec ei confessarij dolus innotuerit, arg. ca. significatur. de pignorib. & confessarius ad satisfaciendum pro eo tenetur; Sin autem Confessarius pœnitentem monuerit, quod non satisfecerit, tenetur pœnitens ad satisfaciendum, nisi confessarius possit, & velit satisfacere: cum ad restituendum non minus ipse, quam pœnitens ex dolo suo obligatur: eo quod subrogatus naturam eius supiat, cui subrogatur, i. eum qui s. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus.

DECISIO V.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiq.

- 5 **C**um in stipendiorum taxatione ad hoc, ut sit iusta, debeat inter cetera respici valor rerum ad victum, & vestitum necessarium, qui cum modernis temporibus sit auctus, iniustum est, ut antiqua taxa nunc seruetur; & cum respiciendam iure naturali quam diuino, & humano ius officialibus mercedem iustam assignare teneatur, consequenter suffragandi vim habens, & suffragia plura, quam liceat, clâ immitrens ad hoc, ut officialibus debitum stipendium augeatur, etsi peccet, quia tamen nullum damnum iniustum Reipub. dat, sed potius honori, & decori illius consult, iniustam mercedis taxationem ad iustam debitam, etsi iniusto modo reducens, ad restitutionem aliquam Reipub. faciendam non obligatur; Sicut qui clam sibi debitum a debitore nolente sibi solvere accipit, etiam si fortè accipiendo peccat, quia tamen damnum iniustum ei non infert, restituere non tenetur, ut ait Glof. in c. ius gentium, d. 1. & Nauar. in Man. ca. 17. nu. 112.

DECISIO VI.

Ex cons. 2. in Nouis, deest in antiq.

- 6 **O**fficiatis licet Principis mandatum exequendo, non secundum verba, sed secundum mentem eius non peccet, si tamen ab eo, qui ne iniuste coram Deo puniatur, aliquid dat sponte, quicquam accipiat, danti acceptum restituere tenetur, l. 3. & vlt. ff. de condit. ob turp. cau. & Nauar. in Man. ca. 17. nu. 30.

DECISIO VII.

Ex cons. 3. in Nouis, deest in antiq.

- 7 **C**um iniuria filij redundet in patrem, l. 1. § iniuria. pater si ad pœnam civilem ob mortè filij, & iniuriam filio illatam agere nequit, ob iniuriam tamen ipsimet patri sic illatam iuste agere valet.

DECISIO VIII.

Ex cons. 6. in Nouis, deest in antiq.

- 8 **D**ammum datum restituere tenetur, qui alicui ignorati iudicat, ut creditum exigat, quod suadens sciebat, aut scire debebat esse solutum, ut patet ex Toto. de condit. indeb.

DECISIO IX.

Ex cons. 9. in Nouis, deest in antiq.

- 9 **D**ebitor incertorum, si sit pauper, quamvis illa sibi tantquam pauperi retinere possit, ex Nauar. in Man. ca. 17. nu. 171. quod tamen certis creditoribus debet, illis, si etiam ipsi pauperes sint, restituere tenetur, nisi dilationem ab eis obtineat; quod si habeant creditores vnde viuunt, excusatur debitor non habens vltra necessaria sibi, & familiae suæ, do nec ad pinguiorem fortunam deveniat, quæ si nunquam veniat, omnino excusatur, ut ait præcit. Nauar. in Man. cap. 17. nu. 54. & 62.

TITVLVS XXI.

De Pœnis.

SVMMARIVM.

- 1 Excommunicatio lata in religiosum solemnizantem coniugium non est per Conc. Trid. sublata.
- 2 Damnatus ad carcerem perpetuum cum victu quatuor vnciarum panis, & totidem aquæ, ad mortem damnatus censetur.
- 3 Pœna parochi, cuius culpa parochianus sine pœnitentia moritur, est arbitraria.
- 4 Communicans cum suspensio ab oratione, excommunicatio nem non incurrit.

DECISIO I.

Ex cons. 14. alias 10. de constit.

- 1 **S**acerdos regularis, vel secularis qui alterius parochi sponfos sine illorum parochi licentia solemniter matrimonium coniungere, aut benedicere ausus fuerit, & excommunicationem Clem. 1. de privileg. & suspensionem ipso iure incurrit; x Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matr. nec per suspensionem a Concil. prædicto additam, excommunicatio ipso iure religioso imposita tollitur: cum lex prior per posteriorem, nisi expressa, aut ei contraria sit, non tollatur; cap. 1. de constit. in 6. & sublatio illius, nec in Trident. exprimitur, nec Concil. Clementina contrariatur.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

- 2 **D**amnatus ad carcerem perpetuum cum victu quatuor vnciarum panis pro cibo, & totidem aquæ pro potu singulis diebus, ad mortem damnatus censetur: cum regulariter ad vitam sustentandam ista non sufficiant, & morte secuta, damnans irregularis efficitur.

DECISIO III.

Ex cons. 1. alias 22. de parochijs.

- 3 **P**œna parochi, cuius culpa parochianus sine sacramento moritur, arbitraria est, talis tamen mortaliter peccat, & grauius puniendus est.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 55. de sent. excomm.

- 4 **C**ommunicans cum suspensio ab officio, vel oratione, excommunicationem non incurrit, aut irregularitatem, cum id nullo iure sit expressum, irregularitas autem non nisi in casibus a iure expressis contrahitur. c. Is qui de senten. excomm. in 6. & glo. in c. fin. de iur. patron.

TITVLVS XXII.

De pœnitentijs, & remissionibus.

SVMMARIVM.

- 1 Naufragorum res, ut eas dominis restituant, vel ignorantes capientes licet non restituant, excommunicationem Bullæ Cænenon incurrun.
- 2 Facultas absoluendi ab omnibus peccatis non est indulgentia, nec per Bullam lubilai reuocata.
- 3 Clausula derogatoria in Bullis posterioribus apposta alias priores annullat.
- 4 Confessarius erga pœnitentem rusticum quomodo se gerere debet.
- 5 Odium, & rancorem malum, non iniuriarum actionem quis remittere tenetur.

Locare